

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8939

**Auteur(s) :** Guillaume, fils de Thibaut de Moulines [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Barbery, Notre-Dame (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1182-1210]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume, fils de Thibaut de Moulines, concède les donations faites par son père à l'abbaye de Barbery. Il confirme également les terres données par Robert de Placy et Richard son neveu, ainsi que les terres données par David de Moulines, la terre donnée par Guillaume de la Folie, et des terres données par Richard de Moulines, frère de Robert le Clerc.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1706 (n° 8).

## Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

La donation de Thibaut de Moulines, père de Guillaume, est évoquée dans la charte de confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1182-1189 mais celle-ci ne mentionne pas la confirmation donnée par son fils Guillaume. Les actes de l'abbaye de Barbery portent une date millésimée quasi systématiquement à partir d'environ 1210. Cet acte peut être antérieur à cette date.

### Texte d'après A

Sciunt omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Theobaldi de Molinis concessi Deo et Beate Marie et abbacie Barbereii pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam et ab omni servicio et consuetudine et seculari actione que potest evenire penitus absolutam, omnes donationes quas dedit predictae abbacie pater meus, scilicet, totum nemus de Molinis sicut dividit via de Essarto a sinistra parte euntibus de Molinis ad predictam abbaciam, et totam planiciem adjacentem predicto nemori usque ad fines de Cingal, et duas acras terre inter predictum nemus et chimum de Molinis, et duas acras desuper doctum de Beketh, et presentationem ecclesie de Molinis et jus advocacionis ejusdem ecclesie. Preterea concessi prefate abbacie terras quas habet ex dono Roberti de Placeio et Ricardi, cognati ejus, et terras ex dono David de Molinis, et terram ex dono Willelmi de la Folie, et terras ex dono Ricardi de Molinis fratris Roberti Clerici. Concessi etiam eidem abbacie quicquid fuerit ei donatum de feodo meo ita tamen ut qui dabit tantum det et tantum sibi retineat, ut servicium quod debet michi et heredibus meis persolvere possit, et beneficium abbacie donatum, liberum et ab omni servicio et exactione permaneat absolutum. Pro hac autem concessione mea habui de abbacie caritate unum equum. Ut autem hec omnia rata et inconcussa in perpetuum permaneat, presenti carta volui annotari et sigilli mei munimine confirmari. Testibus his, Hugone presbytero de Cingal, Osbero Carpentario,

Ricardo filio Clementis, Johanne Bodin, Robertus (sic) Bocerdi, Willelmo Farou, Andrea Futore et Serlone filio ejus, et multis aliis.